

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

7. De esu agni pascalis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

ratoribus voluit Christus Dominus, sustinendo Iudam, & adnitendo ipsum juvare.

## MEDITATIO VII.

*Iesu Agni Paschalis.* Matth. 26.  
Marc. 14. Luc. 22.

## PUNCTUM PRIMUM.

1. *Zelus legis in Christo.* **P**reparatio Agni. 1. Elucet in Christo studium observandi legem, quando idcirco ietosolymam venit, ubi sciebat sibi parari necem, & præmisit, qui necessaria curarent, ne quis defectus committeretur in legali observatione. Sice ego studiosus sim divinorum præceptorum. 2. Duos præmisit ad hoc, Petrum, & Ioannem (in quibus fides & dilectio significantur) charissimos sibi discipulos. Dispnnunt eadem virtutes ritè animam ad esum veri Agni in facta Eucharistia. 3. Nuntiari jussit Domino domus: *Magister dicit, tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.* Verba hæc ita fuerunt efficacia, ut confessim locum amplum, & reliqua præbuerit. O, audiam ego ex te, quod apud me velis Pascha facere! Ecce totum cor & animam tibi offero, ubi cœnes.

## PUNCTUM II.

Valedicit Matri. **C**redibile est, Christum, antequam Bethania postremò excederet ad hanc cœnam, vale-

valedixisse matri , imminentem passionem ac  
in mortem sigillatim enarrasse, tum commendasse  
ei discipulos per hanc brevem absentiam, ut  
ipsos confirmaret. Ad quæ virgo ista est acer-  
bissimo dolore ; sed viriliter se in manus Dei  
resignavit, petiitque à Filio, ut liceret sibi lu-  
guosæ actioni interesse.

## PUNCTUM III.

**P**rogreditur Ierosolymam, & discubbit cum  
discipulis. 1. Inter eundum variè afficieban-  
tur , Christus exultabat venisse tempus com-  
plendi opus sibi à Patre impositum : Iudas gau-  
debat de occasione tradendi Magistrum : cæ-  
teri subtristes incedebant , voluentes verba  
Christi : *post biduum Pascha fiet, & Filius ho-* Matt.  
*minis tradetur, ut crucifigatur.* Levabat ipsos 26. 2.  
Christus suis sermonibus. 2. Cùm accubuis-  
sent, Dominus ait : *Desiderio desideravi hoc* Luc. 22.  
*Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.* 15.  
Sæpiùs manducaverat cum illis Agnum , sed In Chri-  
hanc suprēmam manducationem summè semi-  
per expetiverat, tum quod in ea exhibiturus e-  
rat edendum verum Agnum in priore figura-  
tum , tum quia mox ab hac cæna baptizandus  
ipse erat baptismō illo passionis à se tam exo-  
ptato.

## PUNCTUM IV.

**E**Ditur Agnus. Interea Christus eos ritus, E<sup>s</sup>us Ag-  
ni qui in typo illo servabantur, ad se applica- ni typus  
bat.

Christi  
patien-  
tis.

bat. Intuebatur Agnum supra mensam exposi-  
tum, excoriatum & astum : & cogitabat sic se  
super crucem expansum iri, & flagellis ipsa cu-  
te exuendum, igneque tormentorum extorren-  
dum. Secabatur Agnus in partes, sed integris  
osib; : sic se toto corpore luxandum, non ta-  
men ut latronum crura confringenda. Festi-  
nantes comedebant : ita in se rabie maxima ad-  
versarios ruituros: Baculum inatu tenebant co-  
medentes, in typum ligni crucis. Assumpto fi-  
gurali Agno, obtulit se Patri ad complendum,  
quicquid in illo præfiguratum fuerat.

## MEDITATIO VIII.

*Lotio pedum. Ioan. 13. v. 1.*

### PUNCTUM PRIMUM.

Amoris  
Christi  
proprie-  
tates.

- 1.
- 2.
- 3.
- 4.

**P**ro exordio passionis dominicæ enarran-  
dæ ponit D. Ioannes ista verba : *Cum dile-  
xisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit  
eos.* 1. Dilexit eos sicut se, imò plūs quam se,  
cūm pro illis tradiderit animam suam dilectam.  
2. Dilexit constanter, usque in finem, dum ipse  
vixit, dum illi vixerunt, & usque in æternum.  
3. Dilexit summè, quod maximum potuit, pro  
illis agens & patiens, & majora cupiens facere.  
4. Dilexit in finem, ut assequerentur in hac vi-  
ta, & altera id ad quod erant destinati & con-  
diti.

PUN-